



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

20 Aprilis. 12 Kal. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

372 ANNI CÆLESTIS
tulere. Doce cor, oculos, manus mea
ad prælium: da mihi virtutem contra
hostes tuos!

20 Aprilis. 12 Kal. Maii.

B Eata Agnes Politiana Virgo,
cui nascenti luce plurimâ afful-
sit cælum; quam dæmones, sub cor-
vorum specie, rostris, & unguibus
lacerare contendebant; cui oranti,
& quindecim annis, in pane & a-
quâ, jejunanti, Beatissima Virgo
dona cælestia, JESUS parvulus
Crucem, Angelus Eucharistiam de-
dit: cui morienti Angeli comites
adfuere: quam mortuam infantes
è cunis sermone, & cantu lauda-
vère. Exere, sancta Virgo, exere
etiam in me calidissimarum tuarum
precum vim; & impetra mihi à
MARIA hîc semper amicum JESUM
in cor! ut sim JESU totus, MARIA
totus, in tempore, & in æternitate.
Amen.

Sancti Sulpici, & Serviliane
sponsi, decollati Martyres.

Sancti Victor, Zoticus, Zeno, A-
cyndine, Cæsari, Séveriane, Chry-
sophore, Theona, & Antonine
Martyres.

S. Theotime Episc.

S. Theo-

XX APRILIS.

373

S. Theodore miles M. qui admirabilibus tormentis divinitus superstes, visus es veniente de calo curru igneo liberatus: qui matrem tuam, triennio exulem, ab Angelo ad te adductam, vidisti, & sociis Christianis ostendisti; & tu vitam cruce, mater tua Philippa gladio, socii lanceis, finiisti.

S. Marcelline Episc. qui, Dei monitu, cum sanctis sociis, Vincen-
tio, & Domenino, ex Africâ veniens,
plurimos convertisti.

S. Marciane Presb. de cuius ma-
nu silvestres etiam aves cibum ca-
piebant familiariter.

S. Theodore Confessor, cilicio
semper use, dæmonum potens ho-
stis: è cuius corpore, pro medici-
nâ ægrorum, unguentum scatu-
riit.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, quæ hodierna tua Agneti Politianæ, calesti luce perfusa, Filium tuum parvulum in sinum dedisti. Doce me Filium tuum, in Eucharistiâ, sic tractare, sic amare; ut illa, & illi, qui te verè amant, qui illum verè adorant!

Y 7

21 Aprilis.

Theo-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN